

## Alte Drucke

**Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in  
Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ**

**Chyträus, David**

**Lipsiae, 1592**

**VD16 C 2504 T. II**

**Caput primum.**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122](http://urn.nbn.de:gbv:ha33-1-148122)

# Caput primum.



N mense octauo, in anno secundo D<sup>A</sup>  
R<sup>I</sup>I Regis, factum est verbum D<sup>O</sup>M<sup>I</sup>N<sup>V</sup>I  
ad Z A C H A R I A M, filium Barachiæ, filij  
Iddo, Prophetam, dicens: Iratus est D<sup>O</sup>M<sup>I</sup>N<sup>V</sup>S super patres vestros iracundia, &  
dices ad eos: Hæc dicit D<sup>O</sup>M<sup>I</sup>N<sup>V</sup>S exer-

Adhortatio  
ad penitentiam seu ve-  
ram ad De-  
um conuer-  
titionem.

tuum, Conuertimini ad me, dicit D<sup>O</sup>M<sup>I</sup>N<sup>V</sup>S exercitu-  
um: & conuertar ad vos, dicit D<sup>O</sup>M<sup>I</sup>N<sup>V</sup>S exercitum.  
Ne sitis sicut patres vestri, ad quos clamabant Prophetæ  
priores, dicentes: Hæc dicit D<sup>O</sup>M<sup>I</sup>N<sup>V</sup>S exercitum:  
Conuertimini de vestris vijs malis, & de operibus vestris  
malis: & non audiuerunt neque attenderunt ad me, dicit  
D<sup>O</sup>M<sup>I</sup>N<sup>V</sup>S. Patres vestri vbi sunt, & prophetæ? Nun-  
quid in sempiternum viuent? veruntamen verba mea, &  
statuta mea, quæ mandaui seruis meis Prophetis, nunquid  
non comprehendenterunt patres vestros? & conuersi sunt &  
dixerunt: Sicut cogitauit D<sup>O</sup>M<sup>I</sup>N<sup>V</sup>S exercitum facere  
nobis secundum vias nostras, & secundum opera nostra,  
sic fecit nobis.

In die vicesima & quarta vndecimi mensis Sebath, in  
anno secundo Darij, factum est verbum Domini ad Za-  
chariam filium Barachiæ, filij Iddo Prophetam, dicens:  
Vidi nocte, & ecce vir sedens super equum rufum, & ipse  
stabat inter myrteta, quæ erant in profundo, & post eum  
equi rufi, spadicei & albi. Et dixi, Qui sunt isti domine  
mi? Et dixit ad me Angelus D<sup>O</sup>M<sup>I</sup>N<sup>I</sup>, qui loquebatur in  
me: Ego ostendam tibi quid sint isti. Et respondit vir, qui  
stabat inter myrteta, & dixit: Isti sunt, quos misit D<sup>O</sup>M<sup>I</sup>N<sup>U</sup>S,  
ut perambulent terram. Et responderunt angeli D<sup>O</sup>M<sup>I</sup>N<sup>I</sup>, qui stabant  
inter myrteta, & dixerunt: Perambula-  
uimus terram, & ecce omnis terra habitatur & quiescit.  
Et respondit Angelus D<sup>O</sup>M<sup>I</sup>N<sup>I</sup>, & dixit: D<sup>O</sup>M<sup>I</sup>N<sup>E</sup> ex-  
ercitum, usquequo tu non misereberis Hierusalem & ur-  
bium

VISIO  
PRIMA.  
ANGELVS  
EQUES IN-  
TER MYR-  
TOS.

bium Iuda, quibus iratus es his septuaginta annis: Et respondit D O M I N V S Angelo, qui loquebatur in me, verba bona, verba consolatoria. Et dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me, Clama, dicens: Hæc dicit D O M I N V S exercituum: Zelatus sum Hierusalem & Zion zelo magno, & ira magna ego irascor super gentes superbas (securas.) Quia ego iratus sum parum, ipsi vero adiuuerunt in malum.

Propterea hæc dicit D O M I N V S exercituum: Reuerterat ad Hierusalem in misericordijs, & domus mea ædificabitur in ea, ait D O M I N V S exercituum. Et perpendiculum extendetur super Hierusalem. Adhuc clama, dicens: Hæc dicit D O M I N V S exercituum: Adhuc diffluent ciuitates meæ præ bonis, & consolabitur adhuc D O M I N V S Zion, & eligit adhuc Hierusalem.

Et leuani oculos meos, & vidi: & ecce quatuor cornua. & dixi ad Angelum, qui loquebatur in me, Quid sunt hæc? Et dixit ad me: Hæc sunt cornua, quæ ventilarunt Iudæam & Israël & Hierusalem. Et ostendit mihi D O M I N V S quatuor fabros: Et dixi: Quid isti veniunt facere? Qui ait dicens: Hæc sunt cornua, quæ ventilarunt Iudam ita ut nemo eorum leuaret caput suum, & venerunt isti deterrere ea, ut deiçiant cornua gentium, quæ leuauerunt cornua super terram Iuda, ut ventilarent eam.

Ego amore &  
zelo paterno  
castigare Iu-  
dex: Sed gê-  
tes vicinæ  
funditus eos  
perdere vo-  
luerunt.

S E C U N D A  
V I S I O .  
FABRI deiç-  
cientes COR-  
NVA.

## L O C I D O C T R I N A E

### P R A E C I P V I .

#### I.

**V**T C H R I S T V S mittens Apostolos iubet prædicare poenitentiam & remissionem peccatorum in nomine suo: Ita omnes Prophetæ & doctores fideles, ac in his Zacharias quoque initio auditores suoshortatur ad P O E N I T E N T I A M, seu veram A D D E V M C O N V E R sionem, quæ est serio expauescere agnitione I R A E D E I aduersus nostra peccata per L E G E M, & omnes totius generis humani calamitates declarare: & dolere quod Deum offenderimus: & filiali metu iræ & iudicij diuinu auertere se à peccatis, & vitare delicta: & præluente vera in Christum redemptorem F I D E, omnia vitæ consilia & actiones ad normam voluntatis & verbi diuini conuertere & conformare. Vtitur autem in hac Exhortatione Zacharias argumentis, I. A' causa Efficiente impul- L1 3 siua,

sua, seu mandato Dei severissimo. Hæc dicit & mandat, non ego Zacharias, non Darius rex Persarum, sed DOMINVS Deus Zebaoth: Conuertimini ad me. 2. Ab effectibus impenitentiae, seu inutili, Nisi egeritis poenitentiam, omnes simul peribitis; sicut patres vestri, non obtemperantes exhortationibus piorum Prophetarum, perierunt. de quibus Ieremias 25. dicitur: Misit Dominus ad vos omnes seruos Prophetas, consurgens diluculo, & non audistis, neque inclinastis aures vestras, ut audiretis: cum diceret, Reuertimini unusquisque à via sua mala & malis operibus suis, & habitabis in terra, quam dedit Dominus vobis & patribus vestris. Ieremias 18. Si poenitentiam egerit gens ista à malo suo, agam & ego poenitentiam super malo, quod cogitaui ut facerem ei. Hæc dicit Dominus: Reuertatur unusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras & studia vestra. Qui dixerunt, desperatum est (das lassen wir) post cogitationes vestras ibimus. 3. Ab exemplo PATRVM, quorum poenitentia, velut figuræ & typi nobis propositæ sunt, vt nos de ira Dei aduersus peccatum, & de similibus poenis, nos quoque, similia patrantes, obruturis, commonefaciant. Sic ante biennium in Micheæ lectione, monuimus, bellum, caritatem annonæ, & luem contagiosam, in vicinis Daniæ & Succiæ regnis grassantem, nobis quoque in hac vrbe, & toti viciniæ, iram Dei aduersus nostra etiam peccata denunciare, & gladium aduersus nostra quod delicta vibratum, & iam iam ceruicibus nostris imminentem ostendere. Id iam euenisse, & pariter pestilentia, fame, & bello, hanc miseram vrbem afflictam esse, oculis nostris videmus. Quare ad Deum vera poenitentia & fide conuertamur, ut vicissim ad nos quoq; Deus conuertatur, & iustissimas peccatorum nostrorum poenas clementer mitiget & tollat. 4. A causa finali seu fructibus poenitentiae: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, mea benevolentia & gratia, liberandos ex omnibus malis, & ornandos omnibus bonis in hac vita & tota æternitate. Hoc in loco integra doctrina de Poenitentia, ex Corpore Doctrinæ repetatur: & ad vñum & proxim in omni vita reuocetur.

I I. locvs. De gradibus bonorum operum, seu verorum cultuum Dei: quorum caput & anima est FIDE, vera, seu cor ad Deum conuersum, & fide purificatum. Ex hoc fonte emanare oportet opera eterna, tum moralia tum ceremonialia, quæ Deo placent & accepta sunt.

I I I. Testimonium de tribus personis diuinitatis. Cum enim in veteri Testamento nomen veri Dei proprium bis vel ter continua serie iteratur, non dubium est S. Trinitatis mysterium significari, sicut in hac Zachariæ concione, nomen Dei Tetragrammaton, I E H O V A Zebaoth seu Dominus exercituum, tribus vicibus in uno ferè versu repetitur: Hæc dicit I E H O V A Zebaoth, Conuertimini ad me, dicit I E H O V A Zebaoth, & conuertar ad vos, ait I E H O V A Zebaoth.

I I I I. DE VISIONIBVS, quæ sunt imagines & picture sumrorum cœntuum, quas vigilantium Prophetarum mentibus aut oculis DVS obijcit, ut ecclesiam suam de maximis rebus certo securoris præmoneat. Dux autem in hoc primo capite Zachariæ VISIONES, EQVITIS, inter myrtos, & F A B R O R V M dejicientium quatuor cornua: in genere significant, instaurationem vrbis Ierosolymæ, & Templi ædificationem, feliciter processuram esse; & omnes aduersationes & impedimenta, quæ à viciniis gentibus obijciebantur, à bonis Angelis repressum iri. Estque ad hunc Zachariæ

Zachariæ locum illustrandum tota doctrina de ecclesiæ confirmatione & instaurazione miranda, & de promissionibus diuinæ defensionis, & aliorum bonorum corporalium, populo Iudaico traditis repetenda : de quibus in secunda parte secundi capituli Micheæ commone actionem utilem, & præcipua eius doctrinæ capita complectentem, recitauit.

**A L L E G O R I A** etiam Visionum, ad Christi regnum accommodata, consideretur. Angelus enim, qui sub myrto infidet rufo equo, & pro Iudæis orat, & bona & consolatoria verba annunciat: typus est Michaëlis magni, & principis populi sui, Domini & redemptoris nostri I E S U C H R I S T I, qui in politia Iudaica, indutus humana natura, roso sanguine & morte sua, nos ex captiuitate Babylonica diaboli, peccati & mortis liberavit; & solus est mediator Dei & hominum, intercedens pro Ecclesia apud eternum patrem, & dulce ac plenum consolationis Euangelion, de remissione peccatorum, & restitutione iustitiae & vitæ aeternæ, nobis annunciat. Reliqui Angeli, insidentes rufis, spadiceis & albis equis, pingunt Apostolos, & eorum successores, qui a filio Dei in omnem terram mittuntur, ut fanustum & salutarem nunciun de pace cum Deo restituta vbique spargant. Horum alij dominum imitati stolas suas in sanguine agni lauerunt, vt Martires. Alij quanquam sanguinem non profuderunt, tamen vitam ærumnis & doloribus plenam egerunt, vt Athanasius & alij confessores. Alij vitam pure & innocentem ac tranquille transactam placide finierunt, vt multi Episcopi & pastores, qui tranquillis & latis temporibus ecclesiæ rexerunt.

Similiter quatuor Fabri seu architecti dei cientes cornua, quæ ventilarunt Iudæos: adumbrant Apostolos, & alios doctores fideles, in quatuor mundi plagas diuinitus missos, vt doctrina verbi Dei non tantum edificant ecclesiam, sed etiam refutent & destruant omnes falsas opiniones, idola, potentiam & sapientiam hæreticorum & tyrannorum aduersantem Euangeli, sicut 2. Corin. 10. scriptum est: Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, cogitationes destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus cognitionem Dei, & captiuum ducentes omnem intellectum in obsequium Christi, & parati ad vindicandam omnem inobedientiam, donec impleatur vestra obedientia. Visitare autem in scripturis per CORIN. significari potentiam & Regna, notissimum est ex Danielis 7. & 8. & Apocal. 13. & in can-  
tico Zachariæ, Erexit cornu salutis .i. regnum salutis, seu potentem salvatorem Christum, ex domo Dauid pueri sui. Metaphora propria est lingue Ebrææ, sumta à Bobus, quorum vires & robur præcipuum in cornibus situm est.

V. locvs. Exemplum doctrinæ de officio honorum angelorum, qui regnis & nationibus præsunt, & orant pro ecclesia & singulis pijs, eosq; suis excubijs septos custodiunt, & diabolorum ac hostium ecclesiæ molitiones impediunt.

Difert autem mentio fit Angeli loquentis in Propheta ipso ad ipsum. Hunc intelligo esse angelum testamenti, filium DEI, λόγον patefacientem arcana consilium diuinitatis, de redemtione & conseruatione ecclesiæ, & loquentis in cordibus sanctorum verba bona & consolatoria, .h. accendentis veram agnitionem & fiduciam misericordiæ in Christo promissæ, & firmam consolationem, & vitam vincentem omnes terrores peccati & mortis. De hoc Angelo testamenti Jacob inquit: Angelus, qui eripuit me de cun-

etis malis benedicat pueris istis, & Psal. 33. Castra metatur Angelus Domini in circuitu timentium cum, & cripiet eos.

## Caput II.

III. VESTO  
FVNICULVS  
metiens Ie-  
rofolyam.

E

T leuaui oculos meos, & vidi: & ecce Vir, & in manu eius funiculus mensorius. Et dixi, quo tu vadis? Et dixit ad me, vt metiar Ierusalem, & videam quanta ( sit ) latitudo eius, & quanta longitudo eius. Et ecce Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur: & alius Angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum. Curre, loquere ad puerum, dicens: Absq; muro habitabitur Ierusalem præ multitidine hominum & iumentorum in medio eius, & ego ero ei, ait D O M I N V S, murus ignis in circuitu, & in gloriam ero in medio eius. O'ò fugite de terra aquilonis, dicit D O M I N V S: quoniā in quatuor ventos cœli dispersi vos dicit D O M I N V S. O Sion, saluare, quæ habitas (apud) filiam Babylonis. Quia hæc dicit D O M I N V S exercituum: Post gloriam misit me ad gentes, quæ spoliauerunt vos. Qui enim tangit vos, tangit pupillam oculi eius: Quia ecce ego Ieuo manum meam super eos, & erunt prædæ his, qui scriuebant ipsis, & cognoscetis, Quia D O M I N V S exercitum misit me.

Lauda & lætare filia Zion, Quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, dicit D O M I N V S, & adiungentur gentes multæ in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui, & scies quia D O M I N V S exercitum misit me ad te. & possidebit D O M I N V S Iudam partem suam in terra sancta, & eliget adhuc Ierusalem. Sileat omnis caro à facie D O M I N I, quia consurrexit de habitaculo sancto suo.

## L O C I P R A E C I P V I.

**D**ispositio & summa sex priorum Zachariæ capitum est: Templum & urbs Ierosolyma, seu ecclesia & politia Iudaica, certò instaurabitur & defendetur à Deo, donec veniet promissus Messias. Huius prophetizatus.